Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



uera fecisti iuxta omnia que idu-
xisti super nos ⁊ super ciuitatem sancti
patrum nostrorum iherusalem quia in
ueritate ⁊ iudicio induxisti omnia
hec propter peccata nostra. Peccauimus
enim ⁊ iniqe egimus recedentes a te
⁊ deliquimus in omnibus ⁊ preceptis
tuis non audiuimus nec obseruauimus
nec fecimus sicut preceperas
nobis ut bona nobis esset. Omnia q̃
que induxisti super nos ⁊ omnia
que fecisti nobis in iudicio tuo
fecisti ⁊ tradidisti nos in manibus
inimicorum iniquorum ⁊ pessimorum
prenaricatorum qe ⁊ regi iniquo et
pessimo ⁊ in iusto ultra omnem ter-
ram. Et nunc non possumus aperire
os confusionis ⁊ opprobrium fiunt
seruis tuis ⁊ his qui colunt te. Ne
simus ne tradas nos in perpetuum
propter nomen tuum ⁊ ne dissipes
testamentum tuum neqe auferas
misericordiam tuam a nobis propter
Abraham dilectum tuum ⁊ ysaac
seruum tuum sanctum tuum quibus
locutus es polliceris quod multipli-
cares semen eorum sicut stellas ce-
li ⁊ sicut harenam que est in litto-
re maris. Quia in minuti sumus
domine plusquam omnes gentes
sumus qe humiles in omni terra
hodie propter peccata nostra ⁊ non est
in tempore hoc princeps ⁊ dux ⁊ p-
pheta neqe holocaustum neqe sacri-
ficium neqe oblatio neqe incensum
neqe locus primitiarum coram te
ut possimus inuenire misericor-
diam tuam sed in animo contrito
et spiritu humilitatis suscipiamur
sicut in holocaustum arietum ⁊
taurorum ⁊ sicut in milibus
agnorum pinguium sic fiat sa-
crificium nostrum in conspectu
tuo hodie ut placeat tibi hodie
domine quoniam non est confu-
sio confidentibus in te. Et nunc
sequimur te in toto corde nostro
⁊ timemus te ⁊ querimus faciem
tuam. Ne confundas nos. sed fac
nobiscum iuxta mansuetudinem
tuam ⁊ secundum multitudinem
misericordie tue ⁊ erue nos in
mirabilibus tuis multis et da
gloriam nomini tuo domine ⁊ con-
fundantur omnes qui ostendunt
seruis tuis mala. Confundantur
in omni potencia tua ⁊ robur eo-
rum conteratur ⁊ sciant quia
tu dominus deus solus ⁊ gloriosus
super orbem terrarum. Et non cessa-
bant qui miserant eos ministri
regis incendere fornacem napta
⁊ stupa ⁊ pice ⁊ malleolis ⁊ ef-
fundebatur flamma super fornacem
cubitis xlviii ⁊ erupit ⁊ incendit
quos reperit iuxta fornacem de
chaldeis. Ansilus autem dominus descen-
dit cum azaria ⁊ socius eius in for-
nacem ⁊ excussit flammam ignis de
fornace ⁊ fecit medium fornacis
quasi ventum roris flantem. Et
non tetigit eos omnino ignis neqe
contristauit nec quidquam molestie
intulit. Tunc hi tres quasi ex uno
ore laudabant ⁊ glificabant ⁊ bene-
dicebant deum in fornace dicentes